Anti-nominalism. Although, as we have seen, the author of C16 holds that the *Categories* is a work centrally concerned with predication and accepts that one kind of predication is a relation between linguistic items, he vehemently rejects the idea that chapter 5 should be read as a discussion of such items. Although in the face of a passage such as 5.3b10–12, where Aristotle says that “every substance seems to signify a certain this,” the author of C16 does concede that the word “substance” can be used in the sense “noun signifying substance,” he insists that this is merely a metaphorical use of the word.² Crucially,

¹ For the central role played by predication in Alberic's logic, see Donato, forthcoming (a).

² C16, 599.15–19. See also Marenbon 1992, 56.

as we saw above in his dicussion of (MP1) and (Voc1), he is very keen to defuse the nominalist claim that species and genera are linguistic items (*nomina*) rather than things (*res*). Secondary substances, which are the species and genera of primary substances, are not, he insists, linguistic items, nor, as he points out in his discussion of (Qui5), should primary substances be construed as such.

Universals. Genera and species are, in the Aristotelian tradition, the paradigmatic examples of universals. As is clear from the above, the auhtor of C16 was not a nominalist about universals, but some sort of realist. Judging from his reference to the “error of the Platonists,” who took “genera and species to have true being apart from individuals and be capable of remaining when the individuals are destroyed,” he was seemingly what would nowadays be called a moderate realist, but he does not elaborate on his view.¹ What he does elaborate on is his disagreement with the nominalists of his day about whether or not there can be universals that have only one presently existing individual instance, the famous example being the phoenix. The nominalists, as noted in the discussion of (Voc2) above, held as a school doctrine that this is not the case. Alberic, by contrast, held that it is.² The author of C16 toes the party line and argues that the nominalist view of the matter is incompatible with Aristotle’s claim at 5.2b22 that no species is more a substance than another.

Divisions of substance. At the beginning of chapter 5, Aristotle draws a fundamental distinction between primary and secondary substance. As noted above in the discussion of (Qui1), there was disagreement among twelfth-century commentators about how to understand

¹ C16, 614.6–9. For an attempt to assess what the Albrican view of universals was, see Donato, forthcoming (b).

² P25 (Berlin, Staatsbibliothek zu Berlin – Preußischer Kulturbesitz, lat. fol. 624, fols 73vb–76rb), fol. 75ra–b: “Dicit magister Albericus quod universale potest esse contentum uno solo individuo.” For more references to this disagreement between the nominalists and the *Albricani*, see De Rijk 1966, 27–29; Iwakuma 2013, 38–40. For P25, see Marenbon 2018, 186.

this division. As several scholars have noted, the view endorsed by the author of C16, that it is a division of a genus into species, is commonly found in texts associated with Alberic.¹ C16 elaborates on this division at some length, but also mentions an alternative division, namely the division of substance into corporeal substance and incorporeal substance. As scholars have also noted, it was a matter of controversy between Abelard and Alberic whether this latter division was exhaustive of the domain of substance.² Alberic held that it was, and the author of C16 follows suit by arguing that both the division of substance into primary and secondary substance and the division into corporeal and incorporeal substance exhaust the domain.³ That said, the discussion of how to divide the category of substance found in C16 is perhaps the most perplexing part of the commentary, not least because of the author's commitment to a very curious breed of individuals. The starting point, for which he argues at some length, is the claim that a statement such as "This species *human being* is a species" is a singular one whose subject term stands for an individual. The general idea is explicitly attributed to Alberic in one source, and, as Yukio Iwakuma has pointed out, it is ubiquitous in text associated with him.⁴ The author of C16 is keen to accommodate these strange individuals in his divisions of substance and explicitly states at the end of his discussion, that they are incorporeal primary substances, but as he seems to place similar individuals also under secondary substance, it remains rather

¹ Marenbon 1992, 56; Iwakuma 2013, 36–38.

² De Rijk 1966, 24–27, 29; Iwakuma 2013, 38–40. See also Cameron 2015.

³ P25 (Berlin, Staatsbibliothek zu Berlin – Preußischer Kulturbesitz, lat. fol. 624, fols 73vb–76rb), fol. 74vb: "Dict magister Albericus quod nulla substantia est quae non sit corporea vel incorporea." C16, 600.13–18.

⁴ C29 (Vienna, Österreichische Nationalbibliothek 2486, fol. 4r): "'Homo est species' ... secundum magistrum Albericum individuum subicitur nec de universali (universale *ms*) aliquid praedicatur, immo de individuo." See Iwakuma 2013, 38.

obscure precisely how this rather striking aspect of his theory is to be understood.¹

Non-substances. Another striking aspect of the interpretation advanced in C16 is the commitment to (MA1), Alberic's view that two distinct universals are signified by an abstract term, such as "whiteness," and the corresponding concrete term, in this case "white."² Alberic took his cue, it seems, from Aristotle's distinction between blindness and being blind at *Categories* 10.12a35–b5, and argued that, contrary to what is commonly held, "white" does not predicate the property *whiteness* but a distinct universal *white* (which may seemingly be defined as "colored by whiteness").³ The distinction results in two types of non-substances: (1) those that inhere in a subject (*sunt in subiecto*) and (2) those that attach to a subject (*assistunt subiecto*). Items of the latter type are also described as items that are predicated in conjunction (*adiacenter*) of the subject and are said to be universals of the remaining three types listed by Porphyry: differentia, proprium and accident.⁴ Type (1) items are as a rule not predicated of their subjects of inherence, whereas type (2) items are predicated of the subjects to which they attach.⁵ Socrates, say, is not whiteness, he is white. (1) and (2) are thus distinct, but they are clearly not unrelated. In fact, *white* seemingly attaches to Socrates only because *whiteness* inheres in him. Items of type (2), we may say, are supervenient on items of type (1). Indeed, as is clear from other Albrican sources, type (2) items as a rule belong to the same non-substantial category as the type (1) items on

¹ C16, 600.22–602.21. Iwakuma 2013, 38 thinks that the view "has little ontological implication." This seems questionable given that the view appears to commit the Albrican to a vast, if not infinite, number of such incorporeal substances.

² On later medieval discussions of abstract and concrete accidental terms, see Ebbesen 1988.

³ See C16, 608.2.

⁴ C16, 599.5–6.

⁵ This does not mean that type (1) items are not predicated at all. The universal *whiteness*, to take the example at hand, is of course predicated of particular instances of whiteness.

which they supervene. The category of quality, for example, comprises both qualities (e.g. whiteness) and qualia (e.g. white); the category of relations comprises both relations (e.g. similarity) and relatives (e.g. similar).¹

As this brief outline of some of the key interpretive ideas in C16 has shown, the author's approach to Aristotle's text is in many ways demonstrably Albrican. The approach has several remarkable features and wide-ranging consequences for the theory of categories, but due to its incomplete state, C16 does not, so to speak, allow us to see the full metaphysical picture. It is, nevertheless, a very valuable source, which in conjunction with other commentaries by followers of Alberic still to be edited will help us reconstruct the ontology of this *nominalis sectae acerrimus impugnator* in more detail.

4 The Edition of C16

I have transcribed the text from digital high-resolution color images of the manuscript in combination with older digital black and white images. In certain difficult cases, I have checked the actual manuscript. I have imposed a classisizing orthography (usually that of Lewis & Short's *A Latin Dictionary*) on the text, as well as my own punctuation, paragraphing, and division into subsections. For each subsection I have devised and supplied a heading in **bold font**.

The text of the manuscript is generally sound, and the relatively low number of scribal errors (some of which have been corrected by the scribe *in scribendo*) suggests that it is a copy not far removed from the original. On three occasions, the scribe has left some blank space (between 1 and 3 lines) in the text; on the first and last of these occasions, someone else has subsequently filled in some text, while on the second a note in the margin reads "Nothing is missing" (*Nihil deest*). At six other occasions, some text has been added either in the margins or

¹ See Hansen 2022, 253–54.

between the lines. It is difficult to determine whether any of these additions actually belong in the text. However, none of them are in any obvious way omissions due to a scribal error (e.g. *saut du même au même*); all of them (including the two added in the blank spaces left by the scribe) are free-standing and complete syntactical units (sentences or short paragraphs); none of them are actually required for the surrounding text to make sense; a few of them repeat points made elsewhere in the text; and one of them seems to directly contradict claims made elsewhere in the commentary. In other words, they could very well be accretions rather than original parts of the text, even the ones added in the two blank spaces left by the scribe. Some, if not all of them, may have been found between the lines or in the margins of the exemplar the scribe was copying from, or on slips inserted into it, and he might have been uncertain whether they belonged in the text or not (hence the blank spaces), but it is hard to say exactly what has happened. I have preferred to err on the side of caution and relegated all of them to the critical apparatus.

I use () for conjectural additions, { } for conjectural deletions, and [] for supplements in cases where physical damage or wear has made the manuscript illegible. I use footnotes to signal where my text differs from the reading of the manuscript (except for orthographical differences) and for references to other texts. There is no preexisting edition of C16, but a provisional transcription has previously been made by Yukio Iwakuma, who has generously shared it with other scholars. In cases where my edition contains a non-trivial emendation that has already been proposed by Iwakuma in his transcription, this is also signalled in the footnotes.

The Latin translation of Aristotle's text used by the author of C16 is a version of the *editio composita*. He is not, however, always consistent and on occasion one and the same *lemma* takes different forms at different places. In several cases where the text he cites differs from the text as constituted by Minio-Paluello, his reading can be found either in the *translatio Boethii* or among the variant readings found in

Minio-Paluello's apparatus (most frequently it appears to coincide with the reading of *Ch*). I use SMALL CAPITALS to mark these Aristotelian lemmata (the manuscript uses underlining), and for each lemma I supply a reference to Bekker's edition of Aristotle.

Bibliography

Manuscripts

- Assisi, Biblioteca del Sacro Convento di San Francesco 573
- Berlin, Staatsbibliothek zu Berlin – Preußischer Kulturbesitz, lat. fol. 624
- London, British Library, Royal 7 D XXV
- Milan, Archivio Capitolare della Basilica di Sant'Ambrogio M 2
- Milan, Biblioteca Ambrosiana M 63 sup.
- Oxford, Bodleian Library, Digby 174
- Padua, Biblioteca Universitaria 2087
- Paris, Bibliothèque de l'Arsenal 910
- Paris, Bibliothèque nationale de France, lat. 17813
- Vatican, Biblioteca Apostolica Vaticana, Reg. lat. 230
- Vienna, Österreichische Nationalbibliothek 2486

Primary Sources

- Anonymous. 1983. *Compendium logicae Porretanum*, ed. S. Ebbesen, K.M. Fredborg, and L.O. Nielsen. “*Compendium logicae Porretanum ex Codice Oxoniensi Collegii Corporis Christi 250: A Manual of Porretan Doctrine by a Pupil of Gilbert’s.*” *Cahiers de l’Institut du Moyen-Âge Grec et Latin* 46: 1–93.
- Anonymous. 2017. *Introductiones Montane Maiores*, ed. E.P. Bos and J. Spruyt. Leuven: Peeters.
- Aristotle. 1831. *Opera*, ed. I. Bekker, vol. 1. Berlin: Reimer. Repr. 1970. Berlin: De Gruyter.
- Aristotle. 1961. *Categoriae vel Praedicamenta: Translatio Boethii, Editio Composita, Translatio Guillelmi de Moerbeka, Lemmata e Simplicii Commentario decerpta, Pseudo-Augustini Paraphrasis*

- Themistiana*, ed. L. Minio-Paluello. Aristoteles Latinus 1. Bruges: Desclée de Brouwer.
- Aristotle. 1963. *Categories and De interpretatione*, Trans. J.L. Ackrill. Oxford: Clarendon Press.
- Boethius. 1847. *Opera Omnia*, ed. J.-P. Migne. Paris: Migne. Repr. 1979. Turnhout: Brepols.
- Boethius. 1877–80. *Commentarii in librum Aristotelis ΠΕΡΙ ΕΠΗΝΕΙΑΣ*, ed. K. Meiser. Leipzig: Teubner.
- Boethius. 1906. *In Isagogen Porphyrii commenta*, ed. S. Brandt. Wien: Tempsky.
- Boethius. 1990. *De topicis differentiis*, ed. D.Z. Nikitas, *Boethius, De topicis differentiis καὶ οἱ βυζαντινὲς μεταφράσεις τῶν Μανούὴλ Ὄλοβόλου καὶ Προχόρου Κνδώνη*. Athens: Academy of Athens.
- Cicero. 1915. *Rhetorici libri duo qui vocantur De inventione*, ed. E. Stroebel. Leipzig: Teubner.
- John of Salisbury. 1991. *Metalogicon*, ed. J.B. Hall and K.S.B. Keats-Rohan. Turnhout: Brepols.
- Peter Abelard. 1919–33. *Peter Abaelards philosophischen Schriften*, ed. B. Geyer. 4 vols. Münster: Aschendorff.
- Porphyry. 1887. *Isagoge*, ed. A. Busse. Berlin: Reimer.
- Priscian. 1855–59. *Institutiones grammaticae*, ed. M. Hertz. 2 vols. Leipzig: Teubner.

Secondary Sources

- Cameron, M. 2015. “The Logic of Dead Humans: Abelard and the Transformation of the Porphyrian Tree,” *Oxford Studies in Medieval Philosophy* 3: 32–63.
- De Rijk, L.M. 1962–67. *Logica Modernorum: A Contribution to the History of Early Terminist Logic*. 2 vols. Assen: Van Gorcum.
- De Rijk, L.M. 1966. “Some New Evidence on Twelfth-Century Logic: Alberic and the School of Mont Ste Geneviève (Montani).” *Vivarium* 4: 1–57.

- Donato, E. Forthcoming (a). “Alberic the Logician.” *Journal of the History of Philosophy*.
- Donato, E. Forthcoming (b). “A Tract on Universals from the School of Alberic of Paris.”
- Ebbesen, S. 1988. “Concrete Accidental Terms: Late Thirteenth-Century Debates about Problems Relating to Such Terms as ‘Album’.” In *Meaning and Inference in Medieval Philosophy*, ed. N. Kretzmann. Dordrecht: Springer. Repr. in S. Ebbesen. 2009. *Topics in Latin Philosophy from the 12th–14th Centuries. Collected Essays of Sten Ebbesen Volume 2*, 109–151. Farnham: Ashgate.
- Ebbesen, S. 1999. “Anonymus D’Orvillensis’ Commentary on Aristotle’s *Categories*.” *Cahiers de l’Institut du Moyen-Âge Grec et Latin* 70: 229–423.
- Hansen, H. 2022. “This Woman is a Father? The Albricani on a Puzzle about Relations.” *Vivarium* 60: 248–70.
- Hansen, H. Forthcoming. “Alberic of Paris on Aristotle’s *Categories*: Some Fragmentary Evidence.” *Cahiers de l’Institut du Moyen-Âge Grec et Latin*.
- Hunt, R. W. 1950. “Studies on Priscian in the Twelfth Century II: The School of Ralph of Beauvais.” *Mediaeval and Renaissance Studies* 2: 1–56. Repr. in R. W. Hunt. 1980. *The History of Grammar in the Middle Ages: Collected Papers*, ed. G.L. Bursill-Hall, 39–94. Amsterdam: John Benjamins.
- Iwakuma, Y. 1992. “‘Vocales,’ or early Nominalists.” *Traditio* 47: 37–III.
- Iwakuma, Y. 2003. “William of Champeaux on Aristotle’s *Categories*.” In *La tradition médiévale des catégories (XXIIe-XVe siècles)*, ed. J. Biard and I. Rosier-Catach, 313–28. Leuven: Peeters.
- Iwakuma, Y. 2013. “Alberic of Paris on Mont Ste Geneviève against Peter Abelard.” In *Logic and Language in the Middle Ages*, ed. J.L. Fink, H. Hansen, and A.M. Mora-Márquez, 27–47. Leiden: Brill.

- Iwakuma, Y. and S. Ebbesen. 1992. "Logico-Theological Schools from the Second Half of the 12th Century: A List of Sources." *Vivarium* 30: 173–215.
- Luscombe, D.E. 1969. *The School of Peter Abelard: The Influence of Abelard's Thought in the Early Scholastic Period*. Cambridge: Cambridge University Press.
- Marenbon, J. 1992. "Vocalism, Nominalism and the Commentaries on the *Categories* from the Earlier Twelfth Century." *Vivarium* 30: 51–61.
- Marenbon, J. 1993. "Medieval Latin Glosses and Commentaries on Aristotelian Logical Texts, Before c. 1150 AD." In *Glosses and Commentaries on Aristotelian Logical Texts: The Syriac, Arabic and Medieval Latin Traditions*, ed. C. Burnett, 77–127. London: The Warburg Institute.
- Marenbon, J. 2013. "The Tradition of Studying the *Categories* in the early Middle Ages (until c. 1200): A Revised Working Catalogue of Glosses, Commentaries and Treatises." In *Aristotle's Categories in the Byzantine, Arabic and Latin Traditions*, ed. S. Ebbesen, J. Marenbon, and P. Thom, 139–73. Copenhagen: The Royal Danish Academy of Sciences and Letters.
- Marenbon, J. 2018. "The *Isagoge* in the Latin Tradition until c.1200," *Medioevo* 43: 151–88.
- Marenbon, J. and H. Hansen. 2022. "Introduction: Special Issue on the Twelfth-Century Logical Schools." *Vivarium* 60: 113–36.
- Martin, H. 1886. *Catalogue des manuscrits de la Bibliothèque de l' Arsenal*, vol. 2. Paris: E. Plon, Nourrit & C^{ie}.
- Resnick, I. M. 1997. "Odo of Tournai, the Phoenix, and the Problem of Universals." *Journal of the History of Philosophy* 35: 355–74.

**Commentarii Anonymi in
Categorias Aristotelis Fragmentum (C16)**

CAPITULUM 5

| 145ra | Praemissis quibusdam quae ad praedicamenta necessaria sunt, de ipsis tractare incipit. Agit autem de praedicamento substantiae antequam de aliis. Substantia enim prior est omnibus aliis quae sequuntur natura et doctrina.

- 5 Natura quia omnia alia aut sunt in primis aut praedicantur de ipsis nec praeter substantiam possunt existere, quod ipse in sequentibus demonstrat, dicens: “Destructis primis substantiis, impossibile est aliquid aliorum esse,” et iterum: “Omnia alia a primis aut sunt in ipsis aut praedicantur de ipsis.”¹
- 10 Sed videntur substantiae non esse priores quantitatibus. Non enim potest esse substantia nec etiam res aliqua nisi sit sub numero vel una vel plures. Sed patens est quod priores sunt substantiae illis, cum omnia subiecta² priora sint rebus quae sunt in ipsis, et cum substantiae causae sint quantitatum, non quantitates substantiarum; ex motu enim 15 substantiarum variantur quantitates circa ipsas et innascuntur et perennant, ut si quis duas substantias coniungat, fit ibi unitas, si vero disiungantur perit unitas et innascitur quantitas alia; et sic in ceteris.
- 17 Prior est etiam doctrina cum primitus occurrat sensibus, ex cuius notitia etiam reliqua dinoscuntur.
- 20 Agit autem hoc modo de praedicamento substantiae {hoc modo}. Primo definit primam substantiam et secundam, postea assignat proprietates quae non solis substantiis convenient, et in fine assignat proprio proprium substantiae quod omni substantiae convenit.

¹ Arist. *Cat.* 5.2b4–6

² subiecta] substantia *ms*

De diversis significationibus

“Substantia” hoc nomen diversas habet acceptiones. “Substantia” enim significat rem per se existentem. Et secundum hoc nomen est generalissimi. Per se dicitur existere ad remotionem eorum quae sunt in subiecto vel assistunt subiecto, id est praedicantur adiacenter de subiecto, ut differentiae, propria, accidentia. Per se enim existere solius Dei est, sed “per se” haec removet quae diximus.

Rursus significat “substantia” rem suppositam locutioni. Unde Priscianus dicit nomina¹ significare substantiam, ut² cum dicit: “Nomen significat substantiam cum qualitate,”³ id est rem suppositam locutioni.

Significat etiam tantum quantum “suppositum.” Et secundum hoc est nomen adiectivum et dicitur magis et minus. Unde Aristoteles: “Species⁴ magis est substantia quam genus.”⁵

Accipitur etiam substantia pro nomine significante substantiam, sed non est significatio, immo translatio. Unde Aristoteles dicit: “Omnis substantia videtur et hoc aliquid significare,” id est omne nomen significans substantiam, “et in primis quidem substantiis verum est et indubitable,”⁶ id est in nominibus primarum etc.

De divisione substantiae

Aristoteles primam substantiam et secundam definiendo hanc innuit divisionem substantiae: Substantia alia prima, alia secunda. Et Boethius eam ponit in commento.⁷

¹ nomina] pronomina *ms*

² ut] vel *ms*

³ Prisc. *Inst.* 2.4.18 Hertz

⁴ species] sspecies *ms*

⁵ Arist. *Cat.* 5.2b7–22 Bekker

⁶ Arist. *Cat.* 5.3b10–12 Bekker

⁷ Boeth. *in Cat.* 182a–b Migne

Quaeritur autem cuiusmodi sit haec divisio. Alii dicunt quod est subiecti in accidentia.¹ Nos vero dicimus quod est divisio generis in species; quod Alexander et Porphyrius in commento super *Peri hermenias* testantur.² Qui autem dicunt non esse divisionem generis in species nec primam nec secundam substantiam substantias dicunt. Sed si prima substantia substantia non est, male dicit Aristoteles substantiam primam proprie et principaliter substantiam;³ et in sequentibus secundum hoc male dicit: “Commune est omni substantiae in subiecto non esse, quia primae et secundae.”⁴

¹⁰ Quaeritur ergo si sint species subalternae. Respondemus ergo quod species subalternae sunt et possunt dividi per species usque ad individua.

Dividitur etiam substantia in corpoream et incorpoream. Sed hae divisiones mutuo se continent. Verum est enim quod omnis substantia incorporea est secunda vel prima substantia, et omnis substantia corporea est prima substantia, et omnis secunda substantia incorporea est, et omnis prima substantia est corporea vel incorporea, et ita continent se et continentur a se.

¹⁵ Dividitur autem, ut diximus, substantia in primam et secundam, et est divisio per species. Quod probat ratio, etsi auctoritas taceat. Praedicantur enim in quid de his de quibus praedicantur.

Fit autem divisio sic: Secunda substantia alia generalis, alia specialis. Specialis secunda substantia est species specialissima, et dividitur in haec individua, id est⁵ alia haec species *homo*, alia haec species *anima*, alia haec species *bos*, et sic in ceteris.

¹ Anon. C7, fol. 24rb Bibliothèque nationale de France, lat. 17813; Anon. C8, fol. 44vb Vatican, Biblioteca Apostolica Vaticana, Reg. lat. 230; Anon. C14, fol. 19va Assisi, Biblioteca del Sacro Convento di San Francesco 573. Cf. Abael. *LI Cat.* 141.26–27 Geyer

² Boeth. *in Int.*² 16.6–18.26 Meiser

³ Arist. *Cat.* 5.2a11–14 Bekker

⁴ Arist. *Cat.* 5.3a7–21 Bekker

⁵ id est] s.l. ms

Quod haec sint individua quae hic subiciuntur cum dico: "Haec species *homo* est secunda substantia specialis," ratio probat, quia de uno solo potest dici quod sit haec species *homo*, et haec propositio singularis est, quia singulare su- | 145rb | -bicitur et agitur de hac specie 5 *homo*, et ubicumque agitur determinate vel de aliquo singularium vel de aliquo universalium singularis est propositio, ut hic: "Haec species *homo* est secunda substantia." Hic subicitur individuum, sed de alio agitur, nec *individuum* potest praedicari de hoc quod ibi subicitur, sed tamen potest agi de hoc et aliud individuum subici, ut si dicam: "Hoc 10 individuum est individuum," hic subicitur aliud individuum; et in ter- tia propositione subicietur aliud individuum et agetur de individuo propositionis secundae, ut si dicam: "Individuum quod subicitur in se- cunda propositione est individuum," et ita numquam subicietur de quo agetur, nec est inconveniens. Vel potest dici quia in tertia propositione 15 vel in quarta idem subicitur de quo agitur.

Potest etiam probari secundum principia artis quod individuum subicitur, quia quicquid de praedicato, et de subiecto.¹ Si autem dicamus quod ibi praedicatur aliquid de hac specie *homo*, cum dico "est secun- da substantia" vel "est species," oportet quod praedicetur de aliqua 20 parte ipsius. Sed hoc falsum est, quia veraciter removetur ab omni parte ipsius, a Socrate et Platone, et etiam ab ipsa specie removetur universaliter: "Nullus homo est species" vel "secunda substantia" vel "praedicatur de pluribus." Et ita habemus quod individuum subicitur.

Potest etiam alia ratione perpendi, quia cum secunda substantia sit 25 genus, oportet quod dividatur usque ad individua, quia numquam terminatur divisio generis in universalia, et praedicatur de aliquibus in- dividuis, sed non² nisi de istis, quod patens est; et sic in huiusmodi propositionibus individua subiciuntur, ut cum dico: "Animal est ge- nus," "Substantia hoc ipsum est secunda substantia," quia aliter habe- 30 remus quod species praedicaretur de genere, ut in predicta

¹ Arist. *Cat.* 3.1b10–12 Bekker

² sed non] *in marg. ms*

propositione. Nec est inconveniens si individuum aliquod genus vel aliquam speciem destructum destruit.

Specialis secunda substantia alia continetur sub incorporeo, alia sub corporeo. Illa quae continetur sub incorporeo alia haec species *anima*,
 5 alia non. Quae continetur sub corporeo alia sub animato, alia sub inanimato. Sub animata alia sub sensibili, alia sub insensibili. Sub¹ sensibili alia sub rationali animali, alia sub irrationali. Sub rationali alia haec species *homo*, alia haec *deus*. Sub irrationali alia haec species *bos*, alia haec species *aquila*.

10 Secunda substantia generalis alia praedicatur de corporeis, alia de incorporeis. De corporeis alia de animatis, alia de inanimatis. De animatis alia de sensibilibus, alia de insensibilibus tantum. De sensibilibus alia hoc genus *rationale animal*, alia hoc genus *irrationale animal*. De insensibilibus alia hoc genus *lapis*, alia aliud. Et haec sunt individua quae subiciuntur illi generi, et agitur de universalibus.
 15

Prima substantia alia corporea, alia incorporea. Corporea idem est² quod corpus, et eandem habet divisionem. Incorporea autem alia spiritus, alia extremae partes corporum in quibus ultimo omne corpus dividitur, alia quae subicitur quando agitur determinate de aliquo universali primi praedicamenti, ut “Haec species *homo* est species.” Hac-
 20 tenus.

De definitionibus primae et secundae substantiae

SUBSTANTIA EST QUAE etc. (5.2aII) Determinat quid sit prima, quid se-
 cunda substantia, ac si praemisisset istam divisionem. Prius quid sit
 25 prima, quia de ipsa habetur prima cognitio, ita dicens: SUBSTANTIA
 QUAE DICITUR PROPRIE ET PRINCIPALITER ET MAXIME. Et per hoc totum
 innuit primam substantiam, quae dicitur PROPRIE substantia, quoniam
 ipsa proprio nomine appellatur et ut hoc aliquid significatur; PRINCI-
 PALITER dicitur substantia, quia destructis eis impossibile est aliquod

¹ sub] animato add. sed canc. ms

² est] iter. ms

aliorum esse; MAXIME dicitur substantia, quia omnibus aliis est subiecta et omnia alia aut praedicantur aut sunt in ipsa. QUAE NEQUE DE SUBJECTO DICITUR, quasi dicat: substantia prima est res illa quae neque de subiecto dicitur, per quod differt ab omnibus universalibus, NEQUE IN 5 SUBJECTO EST, per quod differt ab aliis omnibus quae sunt in primis substantiis ut in subiectis, ut ab hac albedine et ab hac nigredine.

Quaeritur utrum sit convertibilis haec definitio primae substantiae: “quae neque de subiecto dicitur neque in subiecto est.”

Sed non est convertibilis definitio, ut quibusdam¹ videtur, nisi ita 10 dicatur: Substantia prima est substantia illa quae neque de² subiecto dicitur etc.

Sed nihil valet quod sequitur secundum hoc, NEQUE IN SUBJECTO EST, cum superius dictum sit nullam substantiam esse in subiecto.

Videtur autem idcirco non esse convertibilis nisi intelligatur “substantia,” quia accidens particulare nec in subiecto est neque de subiecto dicitur, cum non sit universale.

Nos autem dicimus quia illud accidens particulare dicitur de subiecto, id est de altero a se, et ita non est prima substantia. Vel dici³ potest quia accidens particulare ut universale significatur, non ut hoc aliquid. 20 Illa autem lectio vitiosa est cum dictum <sit>: “Substantia prima est substantia illa quae neque de subiecto dicitur etc.,” cum nulla substantia sit in subiecto ad quam faciat differentiam, velut si dicam: “Socrates est homo ille qui non est lapis et est albus.” Sed hoc valde vitiosum est, cum nullus homo sit⁴ lapis.⁵

¹ Abael. *LI Cat.* 142.8–12 Geyer; Anon. D’Orvillensis *in Cat.* (C26) 277 Ebbesen; Anon. *in Cat.* (C27) fol. 3vb Milan, Archivio Capitolare della Basilica di Sant’Ambrogio M 2

² de] in ms

³ dici] coni. Iwakuma : dicit ms

⁴ homo sit] inv. ms

⁵ lapis] hic fere 1.2 lineam vacuam reliquit scriba : secundum magistrum Petrum sunt quaedam universalia ut non-homo, non-lapis, accidens, vir et huiusmodi quae neque sunt in subiecto neque dicuntur de subiecto, et ad ista removenda repetit substantiam in praedicato; nos autem dicimus illa praedicari de subiecto add. ms.

UT ALIQUI HOMO etc. (5.2a13) Ponit exempla.

SECUNDÆ AUTEM SUBSTANTIAE etc. (5.2a14) Post definitionem primarum substantiarum definit secundas substantias, dicens: Hae sunt primæ, sed sunt secundæ species quae solas primas continent et genera illarum (tantum, intellige). Et hoc est contra¹ | 145va | illos² qui dicunt quod omnes species et omnia genera sunt secundæ substantiae. Sed secundum hoc nihil valet determinatio quae sequitur: SECUNDÆ SUBSTANTIAE DICUNTUR SPECIES IN QUIBUS ILLAE INSUNT QUAE PRINCIPALITER DICUNTUR³, cum omnes species sint secundæ substantiae; quod omni caret ratione. Et nota quia per primam quam iam definierat definit secundam, et hac causa praemisit de prima.

Quaeritur de hac definitione secundarum substantiarum utrum solis his conveniat quae sunt in praedicamento substantiae. Sunt enim quaedam genera quae species habent continentes primas substantias, quae sunt *res dicta de subiecto*, *res non dicta de subiecto* et *res non existens in subiecto*. De quibus quaestio est utrum secundæ sint an non. Videntur enim esse secundæ substantiae ex hac definitione. Sed rursus videretur inconveniens non omnes substantias in praedicamento substantiae collocari aut in eodem praedicamento quattuor esse generalissima profiteri, quorum alterum necessario sequeretur si secundas substantias diceremus. Quare aut dicantur non esse secundæ substantiae aut definitio sic intelligatur: Illae species sunt secundæ substantiae in quibus solae primæ insunt et genera quae illas solas species continent. Vel si dicantur esse secundæ substantiae, dicatur quod non omnes secundæ substantiae sunt in praedicamento illo.

UT ALIQUIS HOMO etc. (5.2a16) Post definitionem ponit exempla, dicens: In secundis sunt primæ ut aliquis homo in homine. Vel aliter: Secundæ substantiae et species tales et genera illarum, ut homo et animal, quia in homine est aliquis homo et animal est genus eius.

¹ et hoc est contra] *iter. ms*

² Cf. Anon. *Secta Meliduna* #35 (De Rijk 1967, 2.1:284); Anon. *Ars Meliduna* (De Rijk 1967, 2.1:314)

³ dicuntur] *scripti cum fonte* : insunt *ms*

IN SPECIE QUIDEM EST IN HOMINE (5.2a16), id est sub ea continetur. Haec locutio hic concedenda est, per se autem non, nec ideo dicas aliquid esse in aliquo.

SECUNDÆ ERGO SUBSTANTIAE DICUNTUR, UT EST HOMO et ANIMAL
 5 (5.2a17). Syllogismus est in prima figura in modo nullo, qui est huiusmodi: Species in quibus insunt primæ et harum genera sunt secundæ substantiae; sed homo est species in quibus insunt primæ et animal est genus eius; ergo homo et animal sunt secundæ substantiae.¹

10 De proprietatibus primæ et secundæ substantiae

MANIFESTUM EST AUTEM etc. (5.2a19). Post definitiones primæ et secundæ substantiae, proprietates earum ostendit, demonstrans qualiter de primis substantiae secundæ praedicantur, ita scilicet quod nomen earum et ratio de subiecto praedicetur. Ad quod manifestius ostendendum dicit generaliter de omnibus quae de subiecto dicuntur, quod ipse ex his quae supra dixit manifestum dicit esse, id est ex univorum definitione, quae docuit ea quae sub aliquo universalis sunt univocata nomen idem habere secundum eandem² rationem. Unde cum sit manifestum sub illis quae de subiecto dicuntur ipsa subiecta univocari, placitum est nomen eorum et rationem de subiecto praedicari. Manifestum est autem et hoc ex regula superius data, quae est: “Quando alterum etc.”³ Ex hoc enim scimus quod nomen, cum dicatur de re cuius nomen est, et ratio, praedicantur etiam de subiecto illo de quo res illa praedicatur. Possumus etiam dicere quod ex exemplis supra positis est manifestum⁴. Cum enim vel secundarum substantiarum vel eorum quae de subiecto (dicuntur) exempla talia poneret, quorum et nomen et ratio

¹ substantiae] *hic fere 1.25 lineam vacuam reliquit scriba* : nihil deest add. in marg. ms

² eandem] diversam a.c. ms

³ Arist. *Cat.* 3.1b10–12 Bekker

⁴ manifestum] possumus etiam dicere add. sed canc. ms

de subiecto praedicabatur, manifestum fecit quod nomen et ratio eorum quae de subiecto *(dicuntur)* de ipso habeant dici.

QUONIAM EORUM (5.2a19), universalium scilicet, quae tamquam universalia, non ut hoc aliquid, significantur.

5 NECESSSE EST ET NOMEN ET RATIONEM (5.2a20) Per NOMEN intellige aliquem terminum per quem¹ possit praedicari universale illud. Non enim omnia universalia habent nomina vel rationes. Ergo non omnia praedicantur nomine et ratione de subiecto—quod falsum est. Sic enim accipit NOMEN ut diximus. RATIONEM vero intellige illud esse quod 10 inest rei secundum quod potest assignari definitio.

Per hoc quod dicit *(quod)* nomen eorum et ratio de subiecto praedicatur, habemus auctoritatem Aristotelis quod nomen de re praedicatur; subiectum enim res est, sicut exempla demonstrant superius posita. Praedicatur enim res de re, quod habemus hic, quod nomina rerum 15 dicuntur de subiecto de quo ipsae res dicuntur. Nomen etiam praedicatur de nomine, quod habemus in *Topicis*.² Nomen de re, quod hic habetur. Quod res de nomine nondum novimus, nisi quis hoc dicere velit quod definitum de definitione.

UT DE SUBIECTO ALIQUO (5.2a21) Ponit exemplum.

20 QUIDAM ENIM HOMO (5.2a25) Commendatio exempli. Et est illatio a parte: Vere nomen, quia istud, “homo” scilicet, et vere ratio, quia ista, “animal rationale mortale” scilicet. Vel a causa potest esse illatio sic: Vere nomen hominis et ratio praedicatur de quodam homine, quia quidam homo est homo, et animal rationale mortale, quia est homo, est 25 causa quare hoc nomen “homo” praedicatur de ipso.

QUARE NOMEN ET RATIO (5.2a26) A parte, quia haec ratio et hoc nomen.

EORUM VERO QUAE SUNT etc. (5.2a27) Quoniam in duobus tota praedicamentorum versatur doctrina, id est ut sciamus quae de quibus 30 praedicari habeant et quae non, ostendo quod secundae praedicantur

¹ quem] quod *a.c. ms*

² Boeth. *Top. Diff.* 1.4.15 Nikitas

de primis et quo modo, ostendit quae de quibus praedicari non possint, scilicet ea quae in eis sunt de eis praedicari non possunt. Ubi enim dicitur quod eorum ratio de subiecto praedicari non possit,¹ manifeste ostendit quod nec ipsa praedicari possunt de eis. Sed quia saepe intercidit aequivocatio ita ut idem nomen aequivoce significet subiectum et ipsam rem quae est in subiecto, ut album et triangulum (unde Porphyrius: | 145vb | “album speciem coloris, triangulum figurae”²), dicit quod nomen idem eorum potest praedicari aliquando de ipso subiecto.

- 10 Sunt autem quidam³, quorum sententiae fere omnes consentire solebant, qui dicunt per hoc nomen “album” idem significari cum dicitur “album” pro albedine et pro re alba. Secundum quos idem praedicatur cum dicitur: “Hoc est album” et “Hoc est albedo.” Et hii dicunt quoniam fere omnia quae in subiecto sunt nomine praedicantur de subiecto et non ratione substantiae. Cum enim sit *albedo* species, praedicatur de subiecto in quo est nomine solo, quia cum habeat rationem substantiae, hanc scilicet: color faciens album, hac non potest praedicari de subiecto in quo est. Quod autem dicitur hic IN PLURIBUS NEQUE NOMEN NEQUE RATIO PRAEDICATUR (5.2a28), ideo dictum est secundum eos
 15 quoniam sunt quaedam in primis substantiis ut in subiectis quae de eis non praedicantur, ut sunt ea quae per alia de quibus praedicantur sunt in eis, ut est claritas unde albedo clara dicitur, ut est contrarietas (quorum praedicatio non potest venire usque ad subiectum; non enim dicitur: “Homo est clarus” vel “contrarius”) et ceterae proprietates quae
 20 sunt in eis non quia accidunt eis sed quia sunt in proprietatibus ipsarum. Ideoque dictum est quoniam in pluribus nec nomen praedicatur nec ratio. IN ALIQUIBUS AUTEM NOMEN QUIDEM NIHIL⁴ PROHIBET PRAEDICARI (5.2a29), id est in illis quae sunt proprietates substantiarum quarum sunt nomina sumpta, quae praedicantur de subiectis, sed ratio

¹ Arist. *Cat.* 5.2a30–31 Bekker

² Porph. *Isag.* 4.3–4 Busse

³ Cf. e.g. Anon. *Compendium Logicae Porretanum* 1.17 Ebbesen et al.

⁴ nihil] s.l. ms

numquam potest praedicari. Quod opponitur¹, quod ratio albi praedicatur cum dicitur: “Corpus est album; est ergo coloratum albedine,” dicunt non esse rationem substantiae cum in substantia non praedicatur.

5 Quae omnia plena sunt falsitate. Sed nos concedimus quod nulla quae sint in subiecto praedicantur de subiecto in quo sunt nomine suo nisi sit aequivocatio in nomine, ut dictum est. Littera sic legitur:

EORUM VERO QUAE SUNT IN SUBIECTO etc. (5.2a27) Quasi dicat: Eorum quae dicuntur de subiecto nomen et ratio praedicatur, sed eorum²
10 quae sunt in subiecto nec nomen nec ratio praedicatur de subiecto nisi sit aequivocum.

IN PLURIMIS QUIDEM etc. (5.2a28) Illi exercitatores litterae qui contraria contrariis exponunt dicunt: IN PLURIBUS, id est in paucissimis, ut muniant infirmitatem suam. Nos autem dicimus: IN PLURIBUS, id est
15 fere in omnibus, ut supra ostendimus. DE SUBIECTO³ (5.2a29), supple:
in quo sunt.

Nota. In hoc quod dicit: IN PLURIBUS NEQUE NOMEN NEQUE RATIO PRAEDICATUR (5.2a28) non dicit nomen quod denominative sumitur ab illa re, ut “grammaticum” non est nomen illius proprietatis sed nomen
20 corporis, nec “studiosus” nomen virtutis sed hominis, quia talia nomina praedicantur de subiecto.

IN QUIBUSDAM VERO NOMEN etc. (5.2a29) Quasi dicat: In pluribus ita est, sed IN QUIBUSDAM, id est in paucissimis, ita est quod nomen rei existentis in subiecto praedicatur de subiecto, in quibus est aequivocatio. Illi autem dicunt: IN QUIBUSDAM, id est fere in omnibus.

NOMEN NIHIL PROHIBET PRAEDICARI (5.2a29) Non dicit id firmiter sed quasi dicat dubitando dicit: IN ALIQUIBUS ALIQUANDO NIHIL

¹ opponitur] opponunt ms

² eorum] earum ut v. ms

³ de subiecto] rerum(?) esse(?) et hoc ex adiuncto quia statim posuerat sunt in sub s.l. add. sed. canc. et post hic accipit de subiecto pro de fundamento, quia statim posuerat sunt in subiecto, id est in fundamento, et sic sit contra id quod superius diximus ex adiuncto add. s.l. ms

PROHIBET PRAEDICARI. Non dicit “praedicatur,” sed NIHIL PROHIBET PRAEDICARI, quia sic potest contingere ex aequivocatione.

RATIONEM VERO (5.2a30) Quasi dicat: In quibusdam praedicatur nomen, sed ratio illorum numquam, ex quo manifestum est nec ipsa posse 5 praedicari. Hic pars iniqua confunditur.

UT ALBUM CUM IN SUBIECTO (5.2a31), cum “album” scilicet sit nomen rei existentis in subiecto, in corpore scilicet, ut cum dicitur: “Qui color albus erat, nunc est contrarius albo.”

PRAEDICATUR DE SUBIECTO (5.2a31), illud nomen scilicet in alia et 10 alia significatione.

DICITUR ENIM CORPUS ALBUM (5.2a32) Probat quod praedicatur de subiecto, quia corpus dicitur album. Ab effectu.

RATIO VERO ALBI (5.2a32) Dico quod nomen albedinis praedicatur de subiecto, sed in alia significatione, sed RATIO ALBI, id est albedinis, 15 non praedicatur, immo abnegatur universaliter ab eo.

Haec ante Alberici tempus omnium erat opinio. Quam ipse condemnavit hoc modo: Si est, inquit, idem¹ universale quod praedicatur cum dicitur: “Hoc est albedo” et “Hoc est² album,” primo auctoritas omnis mendax est, secundo loco rationi credendum non erit. Habet enim³ 20 auctoritas Aristotelis non idem esse caecitatem et caecum esse, quoniam de eodem non praedicantur, quia si unum essent, cum dicitur “Hoc est caecum,” caecitas praedicaretur.⁴ Habemus etiam quod Aristoteles hoc loco eorum rationem quae in subiecto sunt de eo non posse praedicari affirmat. Quare etiam aut Aristoteli hic contradicent aut rationem negabunt esse aequalem suo definito, quia non praedicetur de quocumque et illud, aut ea quae in subiecto sunt de eo⁵ non praedicantur, quod verius esse putamus. His aliisque modis eorum infirmatur sententia. Ratio quoque eis est contraria, quae dicit opposita

¹ idem] *s.l. ms*

² hoc est] *inv. ms*

³ enim] *s.l. ms*

⁴ Arist. *Cat.* 10.12a37–41 Bekker

⁵ eo] *et a.c. ut v. ms*

generalissima de eodem praedicari non posse. Et iterum contra eos est quod idem ad sui ipsius positionem removeatur, ut cum dicitur: “Si quid est albedo, ipsum non est album,” et idem a se, cum dicitur: “Nulla albedo est alba” et econverso: “Nullum album est albedo.” Hoc
 5 et | 146ra | alia multa inconvenientia sequuntur.

Ideo nos Aristotelem sequentes dicimus eorum quae sunt in subiecto in pluribus neque nomen praedicari de subiecto neque rationem, quod secundum eos in perpaucis, secundum nos in pluribus. Numquam nomen rei quae est in subiecto de subiecto dicitur nisi sit nomen ae-
 10 quivocum ad subiectum¹ et ad proprietatem subiecti, quod raro inve-
 nitur.

IN ALIQUIBUS tamen NIHIL PROHIBET ALIQUANDO (5.2a29) Tenuerunt hoc dicit et non affirmando, quia ex temporum diversitate aequivocatio ita deleri potest ab usu, vel fortassis est lingua aliqua in qua non est ae-
 15 quivocatio talis, et quia non est quod exigit sed vel casu vel consilio transfertur ad alterum ab uno. Sed de exemplo supposito², id est de eo quod dictum est “ut album dicitur de corpore,” sic intelligatur: Nomen albedinis non erit idem quod hic {quod} dicitur et quod dictum est ab Aristotele in Graeco. Aliud enim est dicere: “Hoc nomen ‘album’ pree-
 20 dicatur de corpore” quam dicere de eius aequipollenti in Graeco quod ipsum praedicetur de corpore. Posset enim esse quod hoc nomen sit et illud non, sicut in libro Porphyrii dictum est de divisione illa aequivo-
 cae vocis ubi diversas significationes huius nominis “genus” ostendit, ut ibi: “Videtur neque genus neque species simpliciter dici.”³ Totum
 25 illud capitulum usque ad “Tripliciter cum dicatur genus etc.”⁴ dicimus Boethium apposuisse, non Porphyrium. Neque enim illud novit si lat-
 inam linguam ignoravit. Hic et eodem modo. Sed non est inconveniens si translationem non tenuit. Si enim illud idem Boethius

¹ ad subiectum] *iter. ms*

² supposito] sub posito *ms p.c.*, sic posito *a.c.*, *ut v.*

³ Porph. *Isag.* 1.18 Busse

⁴ Porph. *Isag.* 2.14 Busse

tenuisset¹, nihil Latinos docuisset. Ideoque sicut ille in graeco Graecos docuit de graeco nomine, sic in latino Latinos de² latino nomine. Nihil autem fecisset loquens de graeco nomine.

OMNIA ERGO ALIA etc. (5.2a34) Quasi dicat³: Ea quae sunt in primis substantiis⁴ non possunt praedicari de ipsis, quia rationes eorum⁵ non possunt praedicari de primis; ergo nec ipsa. Dixerat etiam quod secundae substantiae praedicantur de primis; inde⁶ infert quod omnia quae non sunt primae aut sunt in primis aut praedicantur de ipsis. Per quod manifestum est quod ea quae sunt in primis non praedicantur de ipsis, et quod ea quae dicuntur de ipsis non sunt in ipsis. Hoc enim sentit “aut” disiunctiva coniunctio: simul esse non posse.

Opponitur de hoc genere quod *{est}* *res singularis* *{vel}* *res non dicta de subiecto*, et de his universalibus *non-homo*, *non-lapis* etc., quae praedicantur de primis et sunt in primis, quia ubicumque est species aliqua ibi est et genus eius. Sed haec species *albedo* et similia sunt in subiecto. Ergo oportet quod genera quae praedicantur de his speciebus prorsus et universaliter⁷ sint in subiectis (omnis enim albedo est res *{non}* dicta de subiecto et omnis homo). Et ita quaedam sunt quae sunt in subiecto et⁸ praedicantur de subiecto. Quod verum est, quia sunt huiusmodi universalia in subiecto propter quasdam partes suas quae sunt in subiecto, et praedicantur de subiecto propter alias partes quae praedicantur.⁹

¹ tenuisset] docuisset *ms*

² de] grae *add. ms*

³ quasi dicat] *s.l. ms*

⁴ substantiis] subiectis *ms*

⁵ eorum] *s.l. ms*

⁶ inde] *s.l. ms*

⁷ universaliter] universalia *ms*

⁸ et] *non add. sed canc. ut v. ms*

⁹ praedicantur] nos autem dicimus quod haec et huiusmodi universalia non sunt in subiecto, quia descriptio Aristotelica, scilicet impossibile est esse sine eo, non convenit eis, et ideo quamvis habeant quasdam partes in subiectis, tamen ipsa non

HOC AUTEM MANIFESTUM etc. (5.2a35) Quod omnia sic se habeant ad¹ primas quod aut sint in eis aut praedicentur de eis MANIFESTUM EST EX HIS exemplis QUAE proponuntur PER SINGULA, id est tam per ea quae sunt in eis quam per ea quae dicuntur de eis. Utrorumque etenim exemplum proponens, per ipsa hoc manifestum facit in aliis.

UT ANIMAL DE HOMINE etc. (5.2a36) Subdit exempla de his quae praedicantur, et ita intellige in aliis. DE HOMINE, id est de hac specie homo.

ERGO ET DE ALIQUO etc. (5.2a37) Locus a pari. Paria enim sunt praedicari de hac specie et praedicari de quodam homine, quia quicquid de praedicato, et de subiecto. Super hunc locum Boethius² dat hanc regulam communem: Si aliquid praedicatur de³ secundis, et de primis; nam si non praedicatur de aliqua prima, nec de secunda. Quae vera est.⁴

sunt propter supradictas rationes; sed tamen dicimus quod praedicantur de subiecto ex definitione Aristotelis *add. in marg. ms*

¹ ad] a ms

² Cf. Boeth. *in Cat.* 186b Migne

³ de] pri *add. sed canc. ms*

⁴ est] Opponitur de hoc quod dicit Boethius: Si de secunda, et de prima, quia praedicatur aliquid de secunda cum dico: anima est principalis pars hominis (similiter paries domus), color est in omni corpore, anima est in omni homine, quia in omnibus istis praedicatur aliquid de secundis quod non potest praedicari de primis. Ad salvandam ergo regulam dicimus: quicquid praedicatur hic de secundis, potest praedicari de primis, sed non eisdem terminis, quia potest dici quod haec anima est talis pars quae est principalis, quia est anima et (*aliquid quod legi nequit add. sed canc.*) anima est pars principalis, et dicitur talis, id est talis maneriei; similiter de pariete. De his autem dicimus, color est in omni corpore et huiusmodi, quia sunt ibi duae propositiones, haec scilicet color est in corpore et haec nullum corpus est in quo non sit color. In una praedicatur de (corpore *add. sed canc.*) hac secunda substantia quod sit in corpore, et hoc idem praedicatur de omni [colore] *add. in marg. ms*

NAM SI DE NULLO etc. (5.2a38) Vere si de homine, et de aliquo, quia si non de aliquo, NEC OMNINO, id est nullo modo, DE HOMINE simpliciter. A consequenti destructo.¹

RURSUS COLOR etc. (5.2b1) Dato exemplo de his quae de primis praedicantur, dat exemplum eorum quae sunt in eis. Et sic intellige in ceteris. Aristoteles cum debuit probare quod color in subiecto sit in prima substantia, probat quod sit in corpore aliquo. Quod si sola nomina essent substantiae primae et non res, non esset conveniens ista probatio. Neque enim in hoc potest expositio illa fieri, quam solent facere: ALIQUO HOMINE, pro nomine alicuius hominis.² Neque enim in eo est color. Quodsi dicatur in corpore ipso color esse, non est exemplum de prima substantia.

IN CORPORE EST (5.2b2) id est in hoc genere. {et}

ERGO ET IN ALIQUO CORPORE (5.2b2) Locus a pari, ut supra.

NAM SI IN NULLO etc. (5.2b2) A consequenti destructo, ut supra. In hoc loco etiam | 146rb | dicitur: “Quicquid fit in secundis, fit in primis,” non quod colores fiant in illis secundis substantiis quia tunc essent in rebus incorporeis, sed ita vera est locutio pro suppositis³. Cum enim dicimus: “Quicquid fit in secundis, fit in primis,” tale est ac si diceretur: “Quicquid fit in rebus alicuius secundae, fit vel in hac re vel in illa”; nam si neque in hac re⁴ nec in illa, nec simpliciter in re illius secundae.

¹ destructo] Quod Aristoteles ait: Si animal praedicatur de homine, ergo et de quodam homine, est contra sententiam eorum qui concedunt hoc universale species praedicari de homine cum dicitur: homo est species. Si ergo praedicatur de homine, et de quodam homine praedicabitur. Argumentum Aristotelis est. Et sic in ceteris. Ideo dicimus quod non praedicatur ibi de homine, sed de quodam individuo *add. in marg. ms*

² Abael. *LI Cat.* 146.31–32 Geyer (*cf. LI Cat.* 147.1–5 Geyer)

³ suppositis] subspositis *ms*

⁴ in hac re nec] Si opponatur de specialitate quia est in secundis, ergo est in prima, non sequitur, quia nunc fit locutio(?) pro suppositis, sed tamen concedo quod sit in prima ut in subiecto *s.l. et in marg. add ms*

QUARE OMNIA ALIA etc. (5.2b4) Quandoquidem secundae substantiae dicuntur de primis et alia, ut color et huiusmodi, sunt in ipsis, ergo OMNIA ALIA etc. Locus a partibus.

NON ERGO EXISTENTIBUS etc. (5.2b5) Quandoquidem omnia alia aut 5 dicuntur de primis aut sunt in primis, ERGO PRIMIS NON EXISTENTIBUS etc. A causa. Ad errorem Platonicorum destruendum, quia affirmabant genera et species habere verum esse extra individua et posse remanere destructis individuis, demonstrat Aristoteles nec ipsa posse absque eis esse nec etiam aliquid aliorum.

10 Videtur autem hoc loco docere Aristoteles secundas substancias non esse priores primis, cum ipse dicat: “Primis destructis, non¹ possunt esse secundae.”

Respondemus ad hoc multitudinem secundarum non esse priorem multitudine primarum, sed unaquaeque secunda prior est aliqua prima, 15 cum nulla prima prior sit secunda. Cum etiam primae substantiae habeant variari et perire, et remanent earum genera et species. Sic etiam genus dicitur esse prius specie, quia species variantur et pereunt quaedam species et nascuntur aliae, sed genera earum manent.

OMNIA ENIM ALIA etc. (5.2b6) Post illationem repetit Aristoteles il- 20 lud unde sequitur ut commendetur memoriae.

De proprietatibus secundarum substantiarum

SECUNDARUM AUTEM SUBSTANTIARUM etc. (5.2b7)² Assignata proprietate primarum substantiarum quam habent ad secundas et alia omnia, demonstrat proprietates secundarum et assignat differentias inter 25 ipsis in hoc quod aliae sunt propinquiores aliis primis substantiis, et etiam

¹ non] *s.l. ms*

² etc] in hoc loco “substantia” hoc nomen est adiectivum, sed tamen non potest dici de alio quam de eo quod est substantia; unde patet quod [prima] et secundae substantiae [sunt] substantiae *add. in marg. ms*

inter quasdam secundas¹ assignat² similitudinem in hoc quod una non est propinquior primae substantiae quam alia. Et hoc dicit: SECUNDARUM SUBSTANTIARUM, id est illa res est species quae de secundis substantiis MAGIS EST SUBSTANTIA, id est magis subiecta, QUAM GENUS, quod est de aliis secundis substantiis. Hic est “substantia” nomen adiectivum.

PROPINQUIOR ENIM etc. (5.2b8) Vere magis est substantia species quam genus, quia est magis propinqua primae substantiae quam ipsum genus. Locus a causa. Sicut enim non aequaliter distant genera et species a primis substantiis, ita non aequaliter sunt substantiae.

SI QUI ENIM ASSIGNET (5.2b8) Vere propinquior est primae, quia SI QUISS ASSIGNET etc. Locus ab effectu. Effectus enim est ex hoc quod est propinquior primae quod per ipsam EVIDENTIUS ET CONVENIENTIUS assignatur prima; EVIDENTIUS, quia totum eius esse demonstrat, et ideo CONVENIENTIUS, vel ideo quia magis determinat.

PROFERENS SPECIEM QUAM GENUS (5.2b10), id est proferendo eam significans. Hic exclamat vocalis³ quod species nomen est. Proferri enim nominum est et non rerum. Sed non venit in mentem quod Tullius dicit in *Rheticis*: “Profert res turpes et illiberales⁴ et indignas honore pristino et aetate.”⁵

UT QUENDAM HOMINEM ASSIGNANDO (5.2b10), id est assignando quidam homo sit.

MANIFESTIUS (5.2b11), quia plura substantialia eius demonstrantur et magis accedit ad singularitatem.

¹ secundas] *s.l. ms*

² assignat] *p add. sed exp. ms*

³ Abael. *LNSP* 514.7–11 Geyer; Anon. C26, 283 Ebbesen

⁴ illiberales] *illiriberales ms*

⁵ Cic. *Inv.* 1.55.107

ILLUD ENIM etc. (5.2b12), id est homo est magis proprium alicuius hominis quia non convenit nisi solis hominibus, HOC AUTEM, animal scilicet, COMMUNIUS¹ quia non² solis hominibus convenit.

ET CUM ALIQUAM ARBOREM (5.2b13) Ponit iterum aliud exemplum ad idem demonstrandum, scilicet quod per speciem convenientius assignatur prima substantia quam per genus; et sicut est in istis, ita potest demonstrari in aliis omnibus. Et hoc dicit: CUM ALIQUAM ARBOREM, id est cum assignabis de aliqua arbore quid sit.

MANIFESTIUS (5.2b14), quia eius omnia substantialia demonstrabis.
AMPLIUS (5.2b15) Ad id probandum inducit de primis substantiis quare dicantur principales substantiae, ut demonstret ex hoc species magis esse substantias quam genera.

MAXIME SUBSTANTIAE (5.2b17), id est magis suppositae quam alia.
SIC SPECIES AD GENERA SE HABENT (5.2b18) Et hoc probat sic: SUB-
IACET ENIM etc. (5.2b19) Vere species ita se habent ad genus sicut pri-
mae ad omnia alia, quia subiacent³ generi sicut primae subiaceant om-
nibus.

GENERALA NAMQUE etc. (5.2b20) Quasi dicat: Vere species subiacent generibus, quia genera de speciebus praedicantur. Locus a parte, quia subiacere sic generibus quod ipsa de ipsis praedicentur est pars ad illud.

QUARE EX HIS etc. (5.2b21) Quandoquidem species subiacet generi et non genus speciei, ergo species est magis substantia quam genus. Locus a causa. EX HIS, id est ex secundis substantiis. Vel: EX HIS ma-
nifestum est quae dicta sunt.

IPSARUM VERO SPECIERUM etc. (5.2b22) Quasi dicat: Duxi quod spe-
cies magis est substantia quam genus, sed specierum specialissimarum nulla magis est substantia quam altera, id est supposita. Quae pluribus

¹ communius] communibus *ut v. ms*

² non] no *ms*

³ subiacent] subiaceat *ms*

locis condemnatur, hoc loco manifeste arguitur opinio illa vocalium.¹ In eorum enim sententia est hoc quod universalia non sint nisi quae de pluribus praedicentur actu². In quo et Boethio³ contradicunt, qui phoenicem dicit speciem, et illi dicunt individuum, et Porphyrio⁴, qui dicit:

5 “Specialissima species est post quam non est alia inferior species.” Cum enim constet quod omnis divisio cuiuslibet generis posset fieri per duas species nisi nominum penuria esset, genus quod phoenicem et species multas avium continet potest dividi per duas species, et sub aliqua istarum continebitur phoenix, et illa rursus dividetur per species

10 duas donec veniatur ad speciem illam quae continet phoenicem et aliquam | 146va | specialissimam. Quae vel genus erit vel specialissima. Genus non erit, quia non continet⁵ species secundum eos. Si autem specialissima species est, quod ipsi autumant, cum contineat aliam specialissimam, falsum est quod dicit Porphyrius: “Specialissima est

15 post quam etc.,” cum sit post illam species illa quae cum phoenice eam dividit. Hic quoque manifeste falsa arguitur, quia si est species specialissima illa quam dicunt, falsum est quod dicit Aristoteles species quae non sunt genera non esse unam magis substantiam altera⁶. Illa enim quae continet sub specie specialissima magis substantia est quam ea

20 quae continet ipsam. Familiarius enim assignatur merula quam species illa. Praeterea primarum substantiarum magis substantia est phoenix haec quam phoenix, quod hic negatur: “Aliquis homo non est magis substantia quam aliquis bos.”⁷ Et sic intelligatur in aliis. Locus a partibus.

¹ Abael. *LNSP* 544.13–547.11 Geyer; Anon. *Glossae secundum Vocales* 132 Ottaviano; Anon. *Positio Vocabum Sententiae* 66 Iwakuma

² actu] auctu ms

³ Boeth. *in Isag.*² 215.2–5 Brandt

⁴ Porph. *Isag.* 4.17–18 Busse

⁵ continet] contine ms

⁶ altera] alteram a.c. ms

⁷ Arist. *Cat.* 5.2b27–28 Bekker

NIHIL ENIM FAMILIARIUS etc. (5.2b24) Probat quia species una non est magis substantia alia, quia non assignatur familiarius una earum quam alia. Ab effectu.

QUAM DE ALIQUO EQUUM (5.2b25) Et sic in aliis.

5 SIMILITER AUTEM ET PRINCIPALIUM etc. (5.2b26) Id est sicut specierum specialissimarum una magis non est substantia altera, ita etiam primarum etc. Supposita, intellige.

NIHIL ENIM (5.2b27) Quia una prima non est magis supposita quam alia etc.

10 MERITO AUTEM etc. (5.2b29) Superius dixerat quod secundae substantiae essent species in quibus insunt primae et harum genera, sed quaerere posset aliquis quare potius illa quam genera¹ sive species aliorum praedicamentorum vel accidentia sive differentiae, quae praedicari habent de eis, ideoque ostendit quod solae species illae sive genera sunt secundae substantiae. Et MERITO, quia nec genera nec species aliorum praedicamentorum nec alia² praedicata de primis indicant quid sit³ substantia prima, sed potius quaedam illorum qualis sit.

15 Sed videtur hoc convenire etiam illis generibus quae sunt supra substantiam; per ea enim potest assignari de prima substantia quid ipsa sit. Sed intelligendum est “solam indicare,” quod non habent. Si enim et de primis et de individuis aliorum praedicamentorum habent praedicari in quid, non dicantur primam substantiam indicare.

20 Quod dicit ita: MERITO AUTEM etc. (5.2b29) ita continua: Dixi solas species in quibus sunt primae et genera illarum esse secundas, et MERITO, quia SOLA EORUM QUAE PRAEDICANTUR, id est inter illa quae praedicantur de primis. Vel: EORUM QUAE PRAEDICANTUR, id est universalium, quoniam non est primarum praedicari. Vel: EORUM QUAE PRAEDICANTUR est appositorum ad removenda generalissima illa quae sunt supra substantiam, et dicatur ita EORUM QUAE PRAEDICANTUR, id

¹ illa quam genera] quam (s.l.) genera illa ms

² alia] alis vel sim. a.c. ms

³ sit] secunda add. sed canc. ms

est quae in praedicamentis continentur. Sola, inquam, illorum ostendunt quid sit prima.

SOLA ALIORUM GENERA ET SPECIES (5.2b29), id est inter alia genera et species sunt secundae substantiae. Non dicit quod omnia genera vel 5 omnes species, sed genera et species ita ostendunt sola quod nihil est quod ostendat praeter ipsa, sicut cum dico: “Soli homines sunt grammatici,” ita quod nihil est grammaticum nisi homo.

SOLAE ENIM HAE INDICANT etc. (5.2b30) Quasi dicat: Vere sunt secundae substantiae sola, quia sola indicant primam. Locus a pari. Paria 10 enim sunt dici secundam substantiam et indicare primam. Regulae duae dantur: “De quocumque unum etc.”¹ Et ita si genus et species indicant principalem substantiam, et sunt secundae. Alia: “A quocumque unum etc.”² Et ita si nulla alia indicant primam, nulla³ alia sunt secundae, quia omnes propositiones in quibus “solum” ponitur vel 15 “aliud” vel “tantum” non unae sunt sed multiplices. Quod ostendit supra posita duplex propositio, quae dicit quod ipsa ostendunt et nulla alia.

Per hoc quod dicit: “Genera et species indicant primas,” dicit magister Petrus⁴ genera et species esse voces; voces enim indicant, sed 20 res indicantur⁵. Nos autem dicimus: INDICANT, id est praedicatione illorum indicantur primae.

ALIQUEM ENIM etc. (5.2b31) Probat quod genera et species quae sunt post primas indicant primam substantiam, quia hoc genus et haec species {et} hanc primam. Locus a parte.

25 FAMILIARIUS etc. (5.2b33) Hic facit duplicem doctrinam. Dicit enim quia utrumque potest assignari convenienter, sed convenientius species, quia propinquior est et pauciora continens.

¹ Cf. Anon. *IMMai.* 137.19–20 Bos & Spruyt

² Cf. Anon. *IMMai.* 140.13–14 Bos & Spruyt

³ nulla] nullae *ms*

⁴ Cf. Abael. *LI Cat.* 140.29–38 Geyer

⁵ indicantur] indicatur *ms*

ALIORUM VERO etc. (5.2b34) Postquam probavit quod ipsa indicant principalem substantiam, probat quod sola ipsa, et ostendit quod nulla aliorum indicant principalem substantiam quia quicquid assignaverit praeter ista ad talem interrogationem non erit in quid praedicatum sed 5 extranee, vel in quale vel in quantum vel aliquo aliorum modorum. Locus ab oppositis¹. Opposita enim sunt extranee assignari et indicare primam substantiam. Quare si quodlibet aliorum extranee assignatur, nullum eorum indicat primam.

ERGO MERITO etc. (5.2b36) Quia hoc merito, ergo merito. Locus a 10 parte.

AMPLIUS (5.2b37) Probavit hucusque Aristoteles quod genera et species quae continent primas merito secundae substantiae dicuntur {quia ipsae secundam} | 146vb | quia ipsae primam substantiam indicant. Modo inducit aliam probationem, ostendens eas merito secundas 15 substantias dici, quia sicut primae substantiae sunt subiectae omnibus quia vel praedicantur de eis vel sunt in eis, ita secundae substantiae ad alia omnia se habent: quae nec sunt primae nec secundae, aut sunt in secundis aut praedicantur de eis. Vel potest dici quod non dicat nisi de eis quae praedicantur de primis; unde ipse superius dixit: “sola eorum 20 quae praedicantur.”² Aliter enim non valeret probatio illa quam supponit cum dicit: “de his enim omnia alia praedicantur.”³ Si enim dicitur de omnibus, tam de his quae sunt in primis quam de aliis, falsum est omnino. Ideoque melius est quod de his solis dicatur quae praedicantur de primis. De oppositis enim illarum certum erat omnino quod substantiae non essent. Quod ita dicit: AMPLIUS PRINCIPALES etc. Quasi dicat: Non solum hac ratione⁴ probantur substantiae secundae esse dicendae, sed hac alia ratione. Et hoc notat AMPLIUS, quia adhuc immoratur in eodem.

¹ locus ab oppositis] *iter.* ms

² Arist. *Cat.* 5.2b30–31 Bekker

³ Arist. *Cat.* 5.3a3–4 Bekker

⁴ ratione] *coni.* Iwakuma : rationem ms

OMNIBUS ALIIS SUBIACENT (5.2b38), quae de ipsis scilicet habent praedicari. Vel: ALIIS tam quae sunt in eis quam quae praedicantur. SUBIACENT, in praedicatione scilicet. Vel: SUBIACENT quod sint in eis et praedicentur.

- 5 SICUT AUTEM PRIMAE etc. (5.3a1), id est sicut primae substantiae habent se ad omnia alia, sic species et genera primarum.

DE HIS ENIM etc. (5.3a3) Probat quod species et genera ita se habent ad alia omnia sicut primae, quia omnia alia praedicantur de eis. Locus a pari in inferentia. Pares enim sunt propositiones: “Genera et species 10 habent se ad alia omnia sicut primae” et “Omnia alia praedicantur de eis.” Et hoc est quod dicit: DE HIS ENIM etc. Vere ita se habent ad alia omnia, quia aut praedicantur de eis aut sunt in eis. Hoc est subaudendum. Vel superius subaudiatur: ad alia omnia quae de ipsis praedicantur.

- 15 ALIQUEM ENIM HOMINEM etc. (5.3a4) Vere praedicantur de secundis omnia alia, quia grammaticum de istis secundis, et similiter de aliis accidentibus intellige. Locus duplex a partibus. Alia omnia, quia grammaticum, et sic in aliis. De secundis, quia de homine et animali, et sic in ceteris.

- 20 ERGO ET HOMINEM ET ANIMAL etc. (5.3a5) Probat quia praedicatur de homine quia de aliquo homine. Locus est a pari. Paria enim sunt praedicari de aliquo homine et praedicari de homine et de animali.

In hoc quod dicit grammaticum praedicari de his secundis substantiis, *homo* et *animal*, cum certum sit grammaticum esse minus quam 25 homo vel animal, videtur esse contrarius Boethio¹, qui dicit: “In nulla propositione contingit quod minus de maiori praedicetur,” et Porphyrio², qui dicit: “Minora vero de maioribus non convertuntur.”

- Ad hoc dicimus quod in hoc loco “praedicari” largius accipit Aristoteles quam Boethius, qui dicit “praedicari” pro maiori vel aequali; 30 iste autem dicit “praedicari” pro quocumque modo.

¹ Boeth. *Top. Diff.* 1.4.19 Nikitas

² Porph. *Isag.* 7.6 Busse

SIMILITER ET IN ALIIS (5.3a5), id est et in aliis accidentibus et in aliis secundis substantiis.

De proprio substantiae: Non esse in subiecto

COMMUNE EST OMNI SUBSTANTIAE etc. (5.3a7) In hoc loco incipit Aristoteles investigare proprium substantiae, ut nobis det signum aliquod quo substantiam queamus agnoscere et quo differat ab omnibus aliis. Sed antequam¹ assignet illud proprie proprium quod convenit omni et soli et semper, praemittit quaedam quae convenient omni substantiae sed non soli, ut illud proprium sine errore innotescat, ita dicens: COMMUNE EST OMNI etc., id est omni substantiae convenit communiter non esse in subiecto.

PRINCIPALIS NAMQUE etc. (5.3a8) Probat quod sit commune omni substantiae, quia primae et secundae. Secundum illos² *(qui)* dicunt quia prima et secunda substantia non sunt substantia est inconveniens ista probatio, quia similiter posset probare quod Socrates non est homo, quia nec bos nec asinus; in quo patet eorum asinitas.

SECUNDARUM VERO SUBSTANTIARUM etc. (5.3a9) Probat iterum de secundis et dicit quia in illis patens est.

HOMO ENIM (5.3a10) Vere secundae non sunt in subiecto, quia homo; et ita in ceteris. Locus a parte.

AMPLIUS AUTEM (5.3a15) Quasi dicat: Non solum hoc modo probatur quod secundae non sint in subiecto, sed etiam hoc modo.

EORUM QUAE IN SUBIECTO SUNT (5.3a15) Probavit hucusque secundas substantias non esse in subiecto per exempla supposita. Nunc autem probat hoc idem alia ratione, dicens quoniam earum ratio de subiecto praedicatur. Et ita probat quod in subiecto non sunt. Ponit autem syllogismum in primo modo³ secundae figurae, dicens: Nulla quae in subiecto sint habent rationem dictam de prima substantia (quod

¹ antequam] anquam *ms*

² Cf. *supra* 600.4–5

³ primo modo] primum modum *ms*

superius dictum erat); sed secundae substantiae habent rationem dictam de primis (quod probatur per partes); ergo substantiae secundae non sunt in subiecto. Quod dicit sic: EORUM QUAE IN SUBIECTO SUNT etc.

5 NIHIL PROHIBET PRAEDICARI (5.3a16) Nota quia¹ | 147ra | semper tenuerunt hoc et non firmiter, quia bene potest esse in aliqua lingua et in alia non esse.

RATIONEM VERO IMPOSSIBILE etc. (5.3a17) Quia, sicut supra dictum est, non potest dici eorum ratio de subiecto.

10 SECUNDARUM VERO etc. (5.3a17) Assumptio syllogismi, ita: Sed secundae habent rationem quae de primis praedicatur. Quod de nomine dicitur non est de syllogismo.

15 RATIONEM² NAMQUE HOMINIS³ etc. (5.3a18) Hoc est probatio assumptionis. Quod ita probat: Vere secundae habent rationem, quia homo et animal habent rationem dictam de aliquo homine. A parte. Conclusio extra: Ergo non sunt in subiecto.

ERGO NON ERIT SUBSTANTIA etc. (5.3a20) Postquam probavit quod nec prima nec secunda est in subiecto, concludit quod nulla.

20 NON EST AUTEM HOC SUBSTANTIAE PROPRIUM (5.3a21) Postquam probavit Aristoteles convenire omni substantiae in subiecto non esse, determinat quia non est hoc proprium substantiae, quia conveniat etiam differentiis. Et accipit large differentiam et pro substantiali et pro quocumque praedicato quod notat differentiam ad alias res et praedicatur in quale, sicut album, nigrum, risibile etc., et quae possunt responderi ad interrogationem factam per “quale” post interrogationem factam per “quid,” ut si dicam: “Quid est Socrates?” “Animal.” “Quale?” “Rationale” vel “Risibile” vel “Gressibile” vel alia huiusmodi. Non sunt autem huiusmodi differentiae in subiecto, quia non possunt subici et esse in subiecto praedicari, ut dicam: “Rationale

¹ quia] *iter. ms*

² rationem] *Iwakuma cum fonte* : ratio *ms*

³ hominis] *Iwakuma cum fonte* : assumptionis *ms*

est in subiecto,” “Album est in subiecto,” “Bipes est in subiecto,” quia de quocumque potest praedicari esse in subiecto veraciter et est in subiecto, de quo non potest praedicari nec est in subiecto.¹

BIPES ENIM ET GRESSIBILE etc. (5.3a22) Probat quod differentia in subiecto non est, quia bipes et gressibile. A parte.

NON ENIM IN HOMINE (5.3a24) Vere non est gressibile nec bipes in aliquo subiecto, quia non est in homine. Locus a maiori, de quo magis videtur.

RATIO QUOQUE DICETUR DE QUOCUMQUE IPSA DIFFERENTIA (5.3a25)
 10 Sicut nomen differentiae praedicatur de subiecto, similiter et ratio differentiae. Per quod patet quod differentiae non sunt in subiecto. Eadem ratione potest probari² quod propria non sunt in subiecto nec accidentia quae praedicantur de primis, quia et ratio eorum potest praedicari.

EST ENIM HOMO GRESSIBILE (5.3a28) Vere gressibile³ praedicatur de homine, quia verum est quod homo est gressibilis. Locus ab effectu.

NON NOS {VERO} CONTURBENT etc. (5.3a29) Ostendit esse commune omnibus substantiis et differentiis non esse in subiecto, unde forsitan conturbaretur aliquis per partes substantiarum, quae ita videntur esse in toto ut in subiecto, quia inde⁴ sequeretur eas non esse substantias, 20 cum nulla sit in subiecto, vel sequeretur quod non omnis substantia in subiecto non est. Quod ita dicit: NON NOS VERO. Quasi dicat: Dixi quod commune est omni substantiae non esse in subiecto. Unde forsitan conturbaremur quod partes substantiarum, quae sunt substantiae, videntur esse in toto suo ut in subiecto. Sed non conturbet nos etc.

¹ subiecto] *hic fere 3 lineas vacuas reliquit scriba, in quibus postea minoribus solito litteris haec inserta sunt:* Secundum illos qui dicunt quod differentiae sunt in subiecto possumus dicere quod solis substantiis convenit non esse in subiecto; ipsi enim dicunt quod hae qualitates, scilicet rationalitas et mortalitas, sunt differentiae, et cum omnis qualitas sit in subiecto, manifestum est quod haec quoque sunt in subiecto. Quod est contra Aristotelem. Nos autem dicimus quod nulla qualitas est differentia

² probari] praedicari *ms*

³ gressibile] gressibilis *a.c. ms*

⁴ inde] *coni. Iwakuma : in ms*

Magister Albericus dicit hic quia substantiae partes sunt substantiae, non quod sint res per se existentes, id est res discretae numero et proprietate ab aliis rebus, sed quia nec sunt in subiecto nec assistunt subiecto. Et ideo dicuntur substantiae. Si¹ autem diceremus ipsas esse res discretas numero et proprietate², tunc non essent partes totius et qui videret unam substantiam videret plures, quod esset inconveniens.

NON ENIM IN SUBIECTO etc. (5.3a31) Vero partes substantiarum non sunt in toto ut in subiecto, quia nullae partes alicuius sunt in eo ut in subiecto. Locus a toto.

10 De proprio substantiae: Univoce praedicari

INEST AUTEM SUBSTANTIIS ET DIFFERENTIIS etc. (5.3a33) Postquam non esse in subiecto substantiis et differentiis commune esse monstravit, aliam rursus communitatem secundis substantiis et differentiis assignat, univoce scilicet praedicari.

Sed videtur his solis convenire quae de pluribus praedicantur actu, et sic non conveniet phoenici. Sed “natum”³ intelligendum est.

Ut autem superius diximus, large accipitur hic differentia pro omni praedicato in quale quod notare potest aliquam ad alias res⁴ differentiam, et secundum hoc conveniat tam propriis quam accidentalibus differentiis. Quod propria praedicentur univoce Porphyrius, qui est introductorius ad Aristotelem, monstrat ubi dicit: “Commune generi et proprio praedicari univoce.”⁵ Et hoc est contra illos⁶ qui dicunt sola genera et species et substantiales differentias praedicari univoce. Quod autem accidentales differentiae praedicentur univoce ratio probat, ut album, nigrum etc. Continuatio: INEST AUTEM etc. Quasi dicat: Non

¹ si] *coni.* Iwakuma : sed *ms*

² proprietate] proprietates *a.c. ms*

³ natum] natural *ut v. ms, sed cf.* Anon. *IM Mai* 52.16–53.5 Bos & Spruyt

⁴ res] *s.l. ms*

⁵ Porph. *Isag.* 16.6–7 Busse

⁶ Abael. *LI Cat.* 143.11–17 Geyer. Cf. Abael. *LI Cat.* 117.20–24 Geyer; *LI Isag.* 53.5–26 Geyer; *Logica Nostrorum* 552.1–5 Geyer

solum est commune substantiis et differentiis non esse in subiecto, sed et univoce praedicari.

OMNIA ENIM etc. (5.3a34) Probat quod substantiae et differentiae praedicantur univoce, et probatio probationis partim est hic partim in sequentibus, et ne intelligatur | 147rb | de omnibus substantiis, tam de primis quam de secundis, determinat de quibus dixerit, et ostendit quod de his dictum sit tantum quae praedicari possunt ibi ubi dicit: OMNIA AB HIS QUAE praedicantur, id est omnia quae praedicantur de numero horum, PRAEDICANTUR DE SPECIEBUS AUT¹ DE INDIVIDUIS (5.3a35). Non dicit “vel hoc vel hoc” quod² non bene possint quaedam illorum de utroque praedicari, sed quia inter illa sunt quaedam quae praedicantur tantum de individuis ut specialissimae et propria earum, quaedam de utroque ut genera etc. Ponit autem syllogismum in primo modo primae figurae, sic: Omnia quae ex his praedicantur aut de individuis aut de speciebus praedicantur (haec propositio est in libro); sed omnia quae praedicantur aut de individuis aut de speciebus praedicantur univoce; ergo omnia quae praedicantur ex his praedicantur univoce. Conclusio est ibi: QUARE OMNIA etc. (5.3b8)

A PRINCIPALI NAMQUE etc. (5.3a36) Determinat quare dixit “ab his,” ut excluderet scilicet principales substantias quae non praedicantur de altero. Et accipit³ praedicari recte pro de subiecto;⁴ quod postea dicit: DE NULLO ENIM etc. (5.3a37)

SECUNDARUM VERO SUBSTANTIARUM etc. (5.3a37) Determinat de substantiis quae praedicantur quae habeant praedicari tantum de individuis et quae de individuis et speciebus, ut genera.

¹ aut] et a.c. ms

² quod] fortasse aut quia aut quasi scribendum

³ accipit] large add. sed canc. ms

⁴ subiecto] ab illis tantummodo est praedicatio quae possunt dici praedicata, sed primae substantiae nullorum sunt praedicata; et ex hoc apparet quod nulla est ab eis praedicatio add. in marg. ms

SIMILITER AUTEM ET DIFFERENTIAE etc. (5.3b1) Probat quod differentiae praedicantur de individuis et speciebus, quaedam illarum et quaedam¹ non, sicut de secundis substantiis.

RATIONEM QUOQUE etc. (5.3b2) Postquam ostendit quod praedicantur nomine, probat quod praedicantur ratione, quia primae substantiae recipiunt eam. A pari.

QUAECUMQUE ENIM etc. (5.3b4) Illam supradictam regulam repetit ut per illam probet genera et species et differentias praedicari univoce de primis. Rationes enim praedicantur de his quorum sunt rationes (hoc patens est); sed haec quorum sunt rationes praedicantur de primis; ergo oportet quod ipsae rationes de primis. Et ad hoc inducit² illam suprapositam regulam.

UNIVOCA AUTEM (5.3b7) Cum posset concludere illud quod intendebat, inducit regulam illam univocorum quae probat illa quae praedicantur nomine et ratione praedicari univoce, ut ostendat ex praemissis sequi ista; et sic firmior est argumentatio.

〈 * * * 〉

¹ illarum et quaedam] *iter. ms*

² inducit] *induicit ms*